I. *enim declarat Chriſtus, ingentem Patris ſui benevolentiam* (de quâ etiam Paulus) *erga genus humanum.*
1.Tim:2.

II. Conqueritur de ſummâ hominum pertinaciâ.

III. Loquitur de illius pertinaciæ pœnâ. Omnia autem pertractat allegoricè. Triplicem itaq; illam Allegoriam explicabimus.

DE I. LOCO.

Homo: Deus Pater paraverat ex me-
Eſai:55. râ gratiâ: *Cœnam:* id eſt, cõcionem Evan-
gelij. Vocat autem illam cœnam, quia
revelata in ultimis mundi temporibus,
Ps. 23. & paſcit animas noſtras.
& 119. *Vocavit:* per Miniſtros verbũ prædi-
Mat:4. cantes: *Multos:* Judæos ac gentes.

Vocatur itaq; *magna:* non ſolum propter autorem, verum etiam propter multitudinem vocatorum, & propter fercula.

Hora cœnæ: tempus novi Teſtamenti,
cum Joannes & Chriſtus docerent. Item
cum Apoſtoli poſt Chriſti aſcenſum toti
Ps. 19. mundo Evangelium prædicarent; quod
68. Pſaltes prædixit. Formula invitandi eſt
Luc:24. expreſſum Chriſti mandatum.

VSVS